



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

Anno Chr. 639.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

famaque illius Tacinum (hoc est in Iudæam) perlata, eminenti virtute vir, Olopuen nomine, post examinatum nubium cursum, (iter nempe diligenter prouisum) per magna pericula, & molestias Doctrinam veram ad eum detulit, & anno Cincuo peruenit Ciangan (nunc Sigân Scensensis tunc Prouinciæ Regiam.) Colaum huic misit obuiam Imperator Famchiculim, extra occidentale muri latus, solenni habitu à quo benignè exceptus est, & in palatium deductus, ad translationem sacrorum Librorum. Eius interea doctrinam Rex nosse voluit ferreque de illa iudicium, quam ut rectam veramque comperit, promulgandam mox sequenti Rescripto censuit. Anno duodecimo Cincuo Taizun. Nomen proprium Lex non habet; nec eius Sancti (Prædicatores scilicet) fixam sedem, sed eam ut profint omnibus, quocumque circumferunt. Olopuen vir sublimi virtute, tam procul quam dilat regnum Tacin (Iudæa) ad celsam hanc nostram Regiam, doctrinam, & imagines tulit. Nos eius doctrinæ fundamenta, inde ab his quæ tradit de orbe condito, accurato examini subiecta, rem esse præclaram comperimus, non loquacem ac streperam, sed rationibus innixam solidis, cunctisque profuturam, eoque dignam quæ cupctis promulgetur. Post iussit ab vno è primis proceribus, eo Regiæ in loco qui Nimsam dicitur, ædificari templum ingens quod Tacini templum vocaretur, haberetque Ministros vnum & viginti, Regiæ Ceu familiæ vbi virtus, & imperium defecit, Laota (sive Laozum) quidam, sectæ auctor fulco inuectus curra in Occidentem profectus est (exiuit nempe extra Sinas) Regnante nunc illustri & magna familia Tam, afflavit ab Oriente (loco scilicet benè ominato) aura, quæ legis allatæ doctrina nos moueret, & refrigeraret. Post hæc mandauit Rex suam effigiem templi parietibus appingi, ex qua emicantes gloriæ radij portas illius Ecclesiæ illustrabant, mundoque vniuerso splendebit eius memoria. Considerate descriptiones terræ ab occasu, & chronica familiarum Han, & Guei. Tacin (i. Iudæa) regnum Coralliorum (i. mare rubrum) ab austro habet. Ab aquilone ad montes gemmarum excurrit. Ab occasu sunt montes florum in terra amoenissima. Ab ortu Cianfun, & languentes aquæ (maris mortui.) Texturæ ignitæ pannos regio producit (purpuram & cocuni) odores quibus spiritus resouentur (balsamum, & aromata) & gemmas quæ noctu scintillant (carbunculos) non tolerantur illic grafatores, non futes, non lex alia præter illustrem (Christianam) nec honor dignitatum nisi merito virtutum conceditur. Lata illic omnia, & tranquilla. Terra ampla, spatiosæ habitationes, pulchra omnia, & magnifica. Successit imperio Caozun, & magnas aui cogitationes Patrique ingens opus sapienter promouit. In Prouinciis singulis ædificari iussit Ecclesias, Olopuenum, habuit in honore; illumque magnæ legis constituit Dominum, quâ Sinarum imperium regitur, quæ tunc per decem Sinarum Prouincias fusa est. Centum muros (vrbes

Anno Chr.
636.Anno Chr.
639.Hic loquitur
Chim -
cin.

654

Q. O. O. 2.